

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Eloquencia a  
cum fontibus primis

Plato temporum suorum uir eruditissimus,  
qui sic omnia locutus est, quecumque dixit ut magna  
et quocumque modo parua dixit, modo loquendi magnificauit.

Plato, uir sapientissimus et eruditissimus temporum suorum,  
qui et ita locutus est, ut quaecumque diceret magna fierent,  
et ea locutus est, ut quomodocumque diceret, parua non fierent,  
dicitur post mortem Socratis magistri sui,  
quem singulariter dilexerat, a Pythagoreis etiam multa didicisse.

Augustinus Hipponensis, *Contra academicos*, 3.17  
(CCSL 29, W.M.Green ed., p.57, ll.6-11).

Vnde dici potest quidem:  
Tullii linguam omnes mirantur, pectus non eque;

Inter hos ego imbecilla tunc aetate discebam libros eloquentiae,  
in qua eminere cupiebam fine damnabili  
et uentoso per gaudia uanitatis humanae,  
et usitato iam discendi ordine perueneram in librum cuiusdam  
Ciceronis, cuius linguam fere omnes mirantur, pectus non ita.

Augustinus Hipponensis, *Confessionum libri XIII.*, 3.4  
(CCSL 27, L. Verheijen ed., pp.29-30, ll.1-5).

Aristotilis pectus omnes, linguam non eque;  
Platonis pectus et linguam eque.

[fons nondum repertus]

Augustinus in epistola.